



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Occupatio animae Jesu Christo crvcifixo devote.**

**Leroy, François**

**Pragae, 1666**

§.2. Alia ex Ludovico Blosio membrorum Christi crucifixi salutatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47123](#)

Atque hæc de pijs S. Bernardi sensibus pauca libâsse sufficiet, tanquam ad salivam (quod ajunt) Lectori movendam. Nam ipse rhythmicæ precatio[n]es longiores sunt, quām ut hoc loco integræ referantur.

Attamen pergamus alia his p[ro]paria exercitia adjungere, & piorum etiam eruditiorumq[ue] hominum exemplo, eam religionem affirmare.

Quanquam enim non defuturos existimem, qui id genus artes, aut sancè earum nonnullas, partim fortassis ut nimis anxiæ, aut angustâ quadam subtilitate laborantes, partim etiam ut minutiōres, & femellarum (ut dicitant) proprias, fastidiosè aspernentur: at nōrunt tamen piæ animæ, & amore Christi vulnerati saucie, ex his qualiacunque sunt, non modicum fructum emolumenitumq[ue] capere. Et admonendi sunt, qui secus affectos se sentiant; ne dum suo sensu plusculum tribuentes, piorum ejusmodi studiorum, aut contemptores aut incuriosi sunt, inopiat spiritus, cordisq[ue] sterilitate laborent; dūmq[ue] (uti prætexunt) solidam, duntaxat pietatem consequantur; aut nullam re ipsâ animi ad divina devotionem habeant, aut profectò non nisi aridam, & omnis succi pinguioris, divinorūmq[ue] sensuum experiem. Ceterū per ista nulli legem scribimus; sed eò varia pieratis adminicula infirmitati nostræ proponimus, quò sequatur quisque quod animo suo afflubuerit, aut quād sibi magis ad internum spiritum nutriendum conuenientiūmq[ue], profuturum existimabit.

¶. 2.

*Alia ex Ludovico Bloso membrorum Christi crucifixi  
salutatio.*

Eodem utilis esse potest omnium Crucifixi membrorum Exerc. p[ar]iar. per quam suavis apud Blosum salutatio; cuius h[oc] ali- prec. endol. quam partem appono.

Adoro,

Adoro, laudo, & glorifico te Domine JESU Christus, in  
nō dico & gratias ago tibi, fili' DEI vivi; cuius membra digna-  
sima pro mea salute nimium fuerunt afflita: ego illa primi  
honore & amore saluto.

Salvete immaculati pedes Domini mei, pro me fatigati,  
& clavis perforati.

Salvete venerabilia genua, pro me ad orationem flexa, &  
sepè lassa.

Salve floridissimum pectus, pro me livoribus & plagiis  
formatum.

Salve sacratissimum latus, pro me lanceâ confessum.

Salve amantissimum, benignissimum atque mellitissimum  
cor, pro me vulneratum.

Salve totius boni, totiusq; beatitudinis incomparabile-  
zophylacium. Eja, esto mibi in morte gratum umbraculum, &  
post mortem eternum domicilium.

Deinceps autem simili ratione salutat membra nū-  
qua, delicatas manus clavis transfixas, os & guttus suavissi-  
mum, felle & aceto potatum, aures contumelij oneratae,  
oculos lacrymis perfusos, &c. atque ad extremum ita pre-  
catur:

Amabilis JESU, sanctifica queso, per sacratissima mem-  
bra tua, omnia membra mea; & dele omnes peccatorum ma-  
lus, quæ eisdem membris meis abutent unquam continx.

Quibus postremis verbis, & illum usum hujus exerci-  
Cimel. 5. 2. tij insinuat, quem idem alibi magis expressè tradit, & video  
endol. 2. S. Mechtildi atque Gerrredi (quarum ille spiritum & sensa  
libenter imitatur in suis opusculis) familiarem fuisse: ut  
nempe Christi membra aut sensus salutantes aut deesculan-  
tes, id faciamus in emendationem arque emundationem  
eorum peccatorum, quæ eisdem membris aut sensibus no-  
stris ipsi commisimus; simul ipsum Dominum obsecrande,  
ut membra nostra suis membris sigillet, sensus nostros suis  
sensibus

fensibus consereret; quod jam nihil per illa, nisi ex ipsis spiritu, sive (ut plures hic loqui amant) Christiformiter operemur: prout jam pluribus explicatum est supra cap: 14. hujus partis.

Eadēmq; mente existimo fuisse S. Bonaventuram; dum invitans nos ad intrœundum per apertas vulnerum janus in ipsum Christum vulneratum, ita ait: *Nam p̄e n̄i-  
mio amore aperuit sibi latus, ut tibi tribuat cor suum. sibi etiā,  
voluit pedes & manus perforari, ut cū ad ipsum perveneret,  
sic tue manus intrent in suas, ac pedes tui in suos, ut sibi inse-  
parabiliter conjugari.* Ex quo utique fiat, quod dicebamus: ut quibus nimis jam cor unum, idem quoq; sensus & affectus sint; & quibus pedes, manusve, aut membra alia intimè & inseparabiliter conjuncta sint, eodem spiritu incidentur ac moveantur ad opus: proindeq; omnes cogitationes, sensus, affectus, atque actus nostri, Christiformes sint & cruciformes; ea nimis in nobis operante, ac suo spiritu sigillante, eo in quo vivimus, & qui vivit in nobis, Christo crucifixo Domino nostro.

## C A P V T   X X I I .

*Alia quadam praelata animæ circa Christi vul-  
nera occupatio.*

§. I.

*Exercitium circa Christi vulnera ex Nicolao Eschio  
desumptum.*

**F**loruit quondam in Belgio famâ virtutis & mysticæ sapientiæ peritiâ Nicolaus Echius; is quo Petrus Canisius noster adhuc adolescens Magistro spiritûs ulus est Cœlonia, & cuius pijs exercitijs Venerabilis Vidua Maria Ragi-

B b b

gia

*Vit. c. 3.*